



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi**

**Spina, Claudius de**

**Parisiis, 1551**

5. de eodem per comparationem ad ministros.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38840**

EPITOME  
DE MINISTRO BA-  
ptismi.

DISTINCT. Quintæ  
CAP. Primum.

Baptismus dari potest à bonis &  
malis ministris, & æquè  
datur ab utrisque.

**P**ost hæc sciendum est sacramentum ba-  
ptismi à bonis & malis ministris dari, si-  
cut à bonis & malis sumitur. Nec me-  
lior est baptismus, qui per meliorem datur:  
nec minus bonus, qui per minus bonum da-  
tur, nec maius qui per malum datur: nec ma-  
ius munus datur in baptismo dato à bono,  
nec minus in baptismo dato à malo, sed æ-  
quale: quia non est munus hominis, sed Dei.  
Quod totum subditis declaratur testimo-  
niis. August. ait, Baptismus talis est, qualis il-  
le in cuius potestate datur, non qualis est il-  
le per cuius ministerium datur. Item si in  
hæresi quacunque vel schismate quisquam <sup>sup. lo.</sup>  
baptismi sacramentum acceperit, <sup>tract. 5.</sup> <sup>aug. de fid.</sup>  
grum sacramentum accepit: sed salutem, <sup>ad Pet.</sup>  
quæ virtus est sacramenti, non habebit, si <sup>c. p. 3.</sup>  
extra Ecclesiam catholicam ipsum sacra-  
mentum habuerit. Debet ergo ad Eccle-  
siam redire, non ut sacramentum baptismi  
iterum accipiat (quod nemo debet in aliquo  
repetere) sed ut in societate catholica vitam

*Erl. 1. p. 14.  
237. 3. 14.  
114. A.  
255. A.*

accipiat : Baptismus enim extra Ecclesiam  
nequit prodesse.

C A P. Secundum. Contulit Christus  
ministerialem potestatem homini-  
bus dimitendi peccata per  
baptismum.

Inter artic. **P**otuit Christus dare potestatem homi-  
nibus dimitendi peccata , non tamen  
ipsum eandem qua ipse potens est , sed  
mag. potentiam creatam,qua seruus posset dimit-  
ex 4.vi tere peccata,non tamen ut author remissio-  
de art. nis, sed ut minister, nec tamen sine Deo au-  
septi- thore, qui eius verbo velut quodam ministe-  
rum. rior vteretur. Item posset Deus per aliquem  
creare aliqua, non per eum tanquam autho-  
rem, sed ministrum, cum quo & in quo ope-  
raretur : sicut in bonis operibus nostris ipse  
operatur & nos : nec ipse tantum , nec nos  
tantum: sed ipse nobiscum & in nobis: & ta-  
men in illis agendis ministri eius sumus, non  
authores. Vnde & Dominus dicitur sancti-  
ficare, & seruus: sed Dominus inuisibili gra-  
tia, seruus visibili.

DE VSV ET SOLENNI-  
tate huius Sacramenti.

D I S T I N C T . Sextæ  
C A P. Primum.

Solum sacerdotibus conuenit ex officio bapti-  
zare, non sacerdotibus vero in necessitate.

Primo quā  
tum ad ba-  
ptizantes,  
omnibus ne  
liceat ba-  
ptizare.

Opus.  
245. f.  
247. b.